Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift



19

am. Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Vtque quotquot ex hac altaris participatione sacro sumpserimus filii tui corpus et sanguinem sumpserimus omni benedictione celesti et gratia repleamur. Per xpm. d. n.

Memento etiam domine et eorum nomina qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis. Ipsis domine et omnibus in xpo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis. ut indulgeas deprecamur. Per xpm d.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus. partem aliquam et societatem donare dignaris cum tuis sanctis apostolis et martyribus cum iohe. stephano. mathia. barnaba. ignatio. alexandro. marcellino. petro. felicitate. perpetua. agatha. lucia. agna. cecilia. anastasia. et cum omnibus sanctis tuis intra quos nos consortium non estimator meriti. sed ueniae quaesumus largitor admitte. Per xpm d. n. Per quem haec omnia semper bona creas. sanctificas. uiuificas. benedicis. et praestas nobis per ipsum et cum ipso et in ipso est tibi deus pater omnipotens in unitate spiritus sancti omnis honor et gloria per omnia secula seculorum.

Hic inclinat iuxta altare dicens.

Hic erigit se dicens.

Hic duo orationes dnr. una super diuitiis.

altera pro illis nec nominum sed non infestantibus.

hic recitantur nomina defunctorum de pquibus tantum dicit.

Hic tres cruces super utrumque mulsum facit.

Hic cum oblata

. iiii. cruces sup calice et v. in latere ipsius. hic eleuat oblatam cum calice et dicit. Omnia secula